



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1702. usque ad annum 1708

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1781**

**VD18 13322648**

§. 124. Imperatoris Sinensis edictum contra Maigrotum & Turnonii  
Ministros.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67633](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67633)

Sæc. XVII.  
A. C. 1706.

## §. CXXIV.

*Imperatoris Sinensis edictum contra  
Maigrotum, & Turnonii  
Ministros.*

*Gonzalez  
relat. Per-  
sec. p. 80.*

Tam impotenti rabie Imperator  
Maigrotum, Turnonii Ministros  
cunctosque, qui ejus decisioni con-  
tritus controversos non acquievere,  
multuabatur, ut contra eos sequens  
promulgaret edictum, ac Jesuitis pre-  
ciperet, ut illud quantocius ad Do-  
nicanorum Superiorem transmitterent.  
Die igitur trigesima Decembris PP.  
tonius Thomas, Vice - Provincialis  
& Joannes Franciscus Gerbillonus Ge-  
neralis Sinensium Jesuitarum Gallorum  
Superior Peckino præfatum edictum  
quod ab Imperatore emanatum

aucta fuere Turnonii mandato, quod  
veto per ejus Superiores tradi voluit,  
cepitque, ut Bouvetus Legati titulum  
caret, Oratorisque honorem Sabino cederet.  
quo audito Imperator ira commotus,  
Mandarinos Cantonum decrevit, qui Do-  
litas ad Papam datas repeterent: grave  
insuper indignationem Imperator exercuit  
contra Turnonium, & etiam contra Jesuitas  
eo quod de hac contentione eum tempe-  
non admonuissent. Hæc ille.

bant, ad eos transmiserunt, unacum <sup>Sæc. XVII.</sup>  
 alia epistola, cui ambo Jesuitæ sua <sup>A. C. 1706.</sup>  
 apposuerunt nomina. Edicti autem tenor                       
 erat sequens:

„Cum natus maximus Imperatoris  
 „Filius, necnon Mandarinus *Hasken* &  
 „Ciao Ciang responsa *Ten Tangteng* (a)  
 „aliorumque ad Imperatorem detulif-  
 „sent, sua Majestas Regium hoc edi-  
 „ctum promulgavit: *Ten Tang, sang-*  
 „*ceu, Honato* (b) in sua agendi ratione  
 „sunt homines turbidi, talisque genii,  
 „ut illos diutius in Provinciis morari,  
 „nullatenus concedi possit. Tradantur  
 „ergo militari Curie, quæ cuidam  
 „Mandarino negotium dabit, ut eos  
 „quantocius Cantonum deducat, inde  
 „vero abstractos *Zungtu* (c) & Pro-  
 „Regi consignet, ut illos Macaoum  
 „transferri curent, & nullo pacto per-  
 „mittant, ut vel unquam in Sinense  
 „Regnum pedem referre possint. Cu-  
 „rent insuper, ut deinceps sedulo in-  
 „vestigetur, utrum Europæi, qui apud  
 „vos sunt, *Piao* (d) sint muniti, sique  
 „ejus-

(a) Ita Sinice vocabatur Cononensis Epi-  
 scopus.

(b) Scilicet idem Episcopus, & Guetti,  
 ab Mezzafalce.

(c) Seu supremus Præfectus.

(d) Id est. publicæ securitatis literis.

Sæc. XVII. „ejusmodi literas habent, libere per  
 A. C. 1706. „transire permittantur, eos tamen  
 „qui illis destituti sunt, *Zungtu* (g)  
 „& Pro-Reges in Sinis morari non per-  
 „mittant. Præterea si deinceps novus  
 „Europæos advenire contigerit, res  
 „ad Aulam transmittantur, ubi de-  
 „netur, an eis commeatus literæ  
 „concedendæ. „

„Denique declaramus, quod  
 „*Tieng Siang* (f) in Succivenia Pro-  
 „vincia turbas excitarit, hinc crimi-  
 „nalis fori Prætor nominetur, qui præ-  
 „fatum hominem ad hujus Provincie  
 „Pro-Regem omni festinatione com-  
 „cat, eumque suæ potestati tradat: Pro-  
 „Rex vero discussa ejus caussa, scrip-  
 „tenus nobis desuper rationem reddat.

*Vuang Kiao, Kucé, Cin Cieu* (g)  
 „homines sunt inquieti, & odio digni  
 „in patriam suam non revocandi: Tri-  
 „dantur ergo criminali foro, & præ-  
 „quam quadraginta flagellorum ictibus  
 „castigati fuerint, conducantur ad

(e) Vel supremis Præfectis.

(f) Ita Sinica lingua nominabatur  
 piani.

(g) Hi erant duo illi Christiani, qui  
 triarchæ a secretis erant, unacum ejusdem  
 Patriarchæ Catechista & PP. Varo ac Tri-  
 roso Dominicanis.

„preum armorum Præfectum in Pro-Sæc. XVII.  
„vincia *Leao Tieng* conducantur, qui eos A. C. 1706.  
„in quodam loco inclusos teneat, nec  
„eis huc illucque vagandi libertatem  
„concedat: *Kieng Kuci Piao, & Li-i-feu*  
„(h) eorum causa jam decisa, in pa-  
„triam suam revertantur. Datum An-  
„no 45. Xangti, 3. die Lunæ unde-  
„cimæ.,

Prætersum hoc Imperatoris edi-  
ctum, ut memoravimus, ambo Jesuitæ  
ad Dominicanos transmiserunt una-  
cum hac epistola.

*Plurimum Reverende Pater!*

„Edictum nuperrime nobis ab Impe-  
„ratore traditum Reverentiæ vestræ  
„submittere, non sine extremo dolore  
„cogimur. Hujus præcipua causa ex-  
„stitit Cononensis Episcopus sua oppo-  
„sitione, qua Imperatoris, qui ore & ca-  
„lamo

(h) Hi erant duo Takiensis Provinciæ li-  
terati, qui Patriarcham idiomate Sinico in-  
stituebant, horum primus, ut concubinam  
ducere posset, Christi fidem ejuravit, qui in-  
terrogatus, cur Patriarcham Confucio sese  
opponere docuerit, respondit, se non Dei,  
sed Confucii legem sectari, alter vero ne-  
gavit, se Patriarchæ ejusmodi opinionem  
instillasse.

*Hist. Eccles. Tom. LXVII.*

li

Sæc. XVII. „calamo veros doctrinæ & Sinensium  
 A. C. 1706. „terarum sensus ipsemet explicare  
 „gnatus est, decisioni sese subjicere re-  
 „nuit. Hac repulsa contra se, ceteros  
 „que eo maiorem Imperatoris iram con-  
 „citavit, quo ignominiosius ipsamet  
 „Majestas sua, ejusque Aulici, dum  
 „eum circa idioma & characteres Sa-  
 „nicos examinarunt, ignorantia con-  
 „victum confessumque reppererunt: ob  
 „plici insuper ex causa augebatur Im-  
 „peratoris indignatio. I. Ob varia  
 „etiam calamo exarata Gueti responsa  
 „per Tartariam imprudentissime sparsa  
 „inde enim occasionem sumpsit Imperator  
 „rator suspicandi de quibusdam aliis  
 „Missionariis, & huc citandi Melchior  
 „falceum. II. Ob testimonia quorundam  
 „dam Christianorum eo tempore in carceribus  
 „detentorum, ex quibus erat notus  
 „famosus *Vuang Petrus*, qui de Missionariis  
 „nariis plurima sibi cognita detexit. præcipue  
 „ea, quæ Cononensis Episcopus in Fockiensi  
 „Provincia annis prioribus egit. Hanc ob causam  
 „Apollonius fuit captus, atque in vincula con-  
 „jectus: Inde vero Imperator contra nosmetipsos  
 „indignabatur, eo quod eorum nomina, et  
 „gesta celaverimus, ac propterea, quantumvis  
 „pro placando Imperatore nil prætermiserimus,

Sæc. XVII.  
A. C. 1706.

„precibus & lacrimis haud amplius ob-  
„finere potuimus, nisi quod Cononen-  
„sis, & Guettius nec vinculis onera-  
„rentur, nec tormentis subjecti crimi-  
„nali traderentur Judici, a quo absdu-  
„bio ad mortem condemnati fuissent.  
„Sperabamus, Mezzafalceum absolu-  
„tum, & sine molestia ad suam Eccle-  
„siam remissum iri, ferunt tamen,  
„Imperatorem offensum esse, eoquod  
„in suis responsis declararit, se Cono-  
„nensis opiniones nec approbare nec  
„rejicere, ejusque partibus nec favere,  
„nec adversari: Utut autem res se ha-  
„beat, certum est, nihil acerbius nobis  
„accidere, quam ea edicti verba, qui-  
„bus omnes Missionarii, qui in Sinis  
„mori volunt, pro ibidem morandi venia  
„litteras Regias habere jubentur, quan-  
„tum hoc cunctis Missionibus noceat,  
„probe perspicimus, id suæ Majestati  
„humillime exposuimus, nostris autem  
„precibus duntaxat obtinere potuimus,  
„ut hæc verba nondum in Provinciis  
„promulgarentur, & temporis induciæ  
„concederentur, interea vero in Sinis  
„morari cupientes Imperatorem adi-  
„rent, & ejusmodi litteras ab eo pe-  
„terent.

„Hæc ipsa vero gratia nonnisi ea  
„nobis durissima lege concedebatur,  
„ut nobismetipsis incumberet cura e-  
„dictum

Sæc. XVII. „dictum hoc quantocius cunctis Missio-  
 A. C. 1706. „nariis intimandi, eosque monendi  
 „ut quamprimum fieri poterit, se  
 „Imperatori sisterent, nisi confestim  
 „Sinis excedere malint. Incausam  
 „omnium ceterorum Missionariorum  
 „delitate sponsores nos exhibuimus  
 „nobis enim hæc respondit: *missionariis*  
 „ignoro, in Provinciis esse Europæ  
 „Cononensi Episcopo haud absimiles, qui  
 „multus in populo excitant, nostramque  
 „Ærinam moresque, ipsis tamen incognitas  
 „temere condemnant: Jam ergo, cum  
 „ceteri, ejusmodi turbatorum nomina  
 „indicare, pertinaciter recusastis, alibi  
 „vero Regnum meum ab ejusmodi hominibus  
 „purgare, firmum, fixumque habeam,  
 „unice mihi restat, ut ipsemet cunctos  
 „minem, ac dein, quos dignos reputaverim  
 „retineam, ceteros repellam; ne unicum  
 „dem in Regno meo tolerabo, nisi compo-  
 „tum habeam, quod nullas turbas sit  
 „taturus, nec unquam in Europam  
 „meditetur.

„Hoc igitur Imperatoris edictum  
 „separata charta vobis transmittimus  
 „integra fide ex autographo per  
 „Joannem Franciscum Gerbillonum  
 „lingua Tartarica in idioma latinum  
 „versum, nobis transmissum, &  
 „ipsomet Imperatore correctum: Re-  
 „gamus R. V. quatenus cunctis sibi  
 „mittatur.



„ditis edictum, hancque epistolam com- Sec. XVII.  
 „municare, nosque desuper certiores A. C. 1705.  
 „reddere velit. Nec inconsultum erit,  
 „si illi, qui literas ab Imperatore præ-  
 „scriptas accipere cupiunt, exeunte  
 „proximo Mense Junio ad Aulam ve-  
 „nirent, eoquod Imperator singulis  
 „annis ineunte Mense Julio in Tarta-  
 „riam proficiscatur, ibidemque per  
 „quadrimestre morari soleat. „

„In tristi hac rerum vicissitudine  
 „haud exiguo nobis erit solatio, si Re-  
 „verentiam vestram amplecti, nostra-  
 „que eidem obsequia deferre poter-  
 „mus: cetera, quæ calamo confidere  
 „haud consultum, R. V. in adventu suo  
 „percipiet: interim nos, nostrasque  
 „Ecclesias ejus precibus & sacrificiis  
 „commendamus. „

Igitur hoc edicto I. condemnaban-  
 tur tanquam rebelles illi, qui ritus a  
 Papa & Patriarcha damnatos fidelibus  
 non permisere, II. nulli in Europam  
 revertendi copia datur, ne Pontifex  
 suæ definitoni repugnantes inde revo-  
 care valeat. III. Omnes adiguntur  
 circa Confucii cultum, ritusque Sinen-  
 ses amplecti opinionem illorum, qui  
 pro licitis habent eos ritus, quos Ec-  
 clesia toties damnavit, ut proin solis  
 eorum Assertoribus (exclusis ceteris  
 omnibus) in Sinensi Regno tanquam

Sæc. XVII. Missionariis morari, hasque Missiones  
A. C. 1706. dirigere permissum sit. Ceterum Im-  
 perator alio edicto declarabat, se in  
 posterum nullum Sedis Apostolicæ Le-  
 gatum fore admitturum, nisi ejus sub-  
 ditis prohibitorum rituum usum con-  
 deret: datis etiam ad Papam literis  
 idem Imperator petiit, ut Turnoni  
 loco Virum sibi magis acceptum in Sa-  
 nas mittere velit.

§. CXXV.

*Clementis XI. Constitutiones &  
 epistolæ.*

*Bull. magn. Const. Clem. XI. pag. 39. Epist. Ejusd. pag. 399.* Eodem hoc anno Clemens Pontifex  
 Maximus variis licet, gravissimis  
 que negotiis implicatus, Pastoralis  
 sollicitudine in omnes casus ex-  
 tensa plures diremit controversias, pro-  
 positaque dissolvit dubia, & primo quod  
 idem Agennensis Episcopus eidem  
 proposuit, quod in sua Diœcesi plures  
 etsi hæresin palam ejurarint, clam  
 tamen eidem adhærentes, se veram  
 fidem profiteri dicant, ac etiam  
 juramento id spondeant, si matrimo-  
 nium cum Catholica inire peroptaverint,  
 etsi ante voluntatem nubendi raro, vel  
 nunquam signa dedissent, se reverentiam  
 religionem Catholicam amplexos fuisse  
 & quamvis eorum nonnulli per an-  
 nullum